Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift

regenerationem acceptans ut suus purgandae indigens a conservo non
dedignetur baptizari cum dominus a servo magister a discipulo bapti
smum recepit. quem non fiebat peccatorum remissio. sed hominum ad bap
tismum exercitatio et preparatio. Ibi celi aperti sunt super eum. ibi vox
patris intonuit. Hic est filius meus. d. et c. ibi in specie columbae spiritus
sanctus apparuit. quia baptizatus in spiritu sancto celestis aperitur. Ibi
mysterium trinitatis est insinuatum. pater in voce. filius in homi
ne. spiritus in columba. quia quisquis fide trinitatis quae in baptismo profitetur dig
nis operibus persequitur. eandem trinitatem in futuro facie ad faciem contem
plari merebitur. ad quam visionem nos perducat misericors domi
nus. qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat.

In purificatione sancte Marie.

Omnis desiderium venit et desiderium ortus est nobis. Apparuit demon
stratum pharaonis et cum eo sanctorum milia. in dextera eius ignea lex.
Amantissimus dei famulus moysen. qui cum domino facie ad
faciem loquitur tamquam homo cum amico suo meruit. huius sollempnita
tis mysterium spiritu revelante intelligens quid in quodam uborum enig
mate nobis denuntiavit dicens. dominus de syna venit et c. Syna interpre
tatur tentatio. seir. hispidus et pilosus. faran frugifer.
et syna quae lex mosaica. per seir apparitio a. per faran evangelium significatur.
In lege quidem vox uborum erat. quia tentati sunt a domino filii israhel.
Ipsi enim quia prius dixerant omnia quae cumque dixerit dominus audie
mus et faciemus vocem uborum in syna audientes. preterritus non va
lentes portare quod dicebatur. Unde apostolus evangelicam suavitatem
legalis asperitati preferens. ait. non accessistis ad caligine et vocem verborum
quam quidem excusaverunt se ne fieret eis verbum. non enim porta
bant quod dicebatur. Ideoque dicebant moysi loquere tu nobis ne loquatur
nobis dominus deus ne forte moriamur. Sic enim ad litteram exter
ritus audita voce domini loquitur in angelo. non valentes ferre vo
cem angelicam timore. ita salutem legis expetunt omnes maiores et per
fecti. stupefacti sunt. quia ibi erat precepto et commutatio sine ad
mitrice gratia. ibi erat cognitio peccati sed non remissio. peccata cog